

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 Immortales ago tibi gratias agamque, dum vivam; nam relaturum me
2 adfirmare non possum. Tantis enim tuis officiis non videor mi re-
3 spondere posse, nisi forte, ut tu gravissime dissertissimeque scrip-
4 sisti, ita sensurus es, ut me referre gratiam putes, cum memoria te-
5 nebo. si de filii tui dignitate esset actum, amabilius certe nihil
6 facere potuisses. primae tuae sententiae infinitis cum muneribus,
7 posteriores ad tempus arbitriumque amicorum meorum compositae, ora-
8 tio assidua et perpetua de me, iurgia cum obtrectatoribus propter
9 me notissima mihi sunt: non mediocris adhibenda mihi est cura, ut
10 rei publicae me civem dignum tuis laudibus praestem, in amicitia
11 tua memorem atque gratum. quod reliquum est, tuum munus tuere et
12 me, si, quem esse voluisti, eum exitu rebusque cognoscis, defende
13 ac suscipe.
14 Cum Rhodanum copias omnis traiecissem fratremque cum tribus mili-
15 bus equitum praemissem, ipse iter ad Mutinam dirigerem, in
16 itinere de proelio facto Brutoque et Mutina obsidione liberatis
17 audiui: Animadverti nullum alium receptum Antonium reliquiasque,
18 quae cum eo essent, habere nisi in his partibus, duasque ei spes
19 esse propositas, unam Lepidi ipsius, alteram exercitus, quod quaedam
20 pars exercitus non minus furiosa est quam qui cum Antonio fuerunt.
21 equitatum revocavi; ipse in Allobrogibus constiti, ut proinde ad om-
22 nia paratus essem ac res me moneret.
23 Si nudus hoc se Antonius confert, facile mi videor per me sustinere
24 posse remque publicam ex vestra sententia administrare, quamvis ab
25 exercitu Lepidi recipiatur; si vero copiarum aliquid secum adducet
26 et si decima legio veterana, quae nostra opera revocata cum reliquis
27 est, ad eundem furorem redierit, tamen, ne quid detrimenti fiat, dabitur
28 opera a me, idque me praestaturum spero, dum istinc copiae traician-
29 tur coniunctaeque nobiscum facilius perditos opprimant. hoc tibi spon-
30 deo, mi Cicero, neque animum nec diligentiam mihi defuturam.
31 Cupio mehercules nullam residuam sollicitudinem esse; sed, si fuerit,
32 nec animo nec benevolentiae nec patientiae cuiusquam pro vobis ce-
33 dam. do quidem ego operam, ut etiam Lepidum ad huius rei societatem
34 incitem, omniaque ei obsequia polliceor, si modo rem publicam respi-
35 cere volet; utor in hac re adiutoribus interpretibusque fratre meo

36 et Laterense et Furnio nostro; non me inpedient privatae offensio-
37 nes, quo minus pro rei publicae salute etiam cum inimicissimo con-
38 sentiam: quod si nihil profecero, nihilo minus maximo cum animo et
39 maiore fortasse cum mea gloria vobis satis faciam.
40 Fac valeas meque mutuo diligas!

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Sind bei Plancus die Regeln der Schulgrammatik eingehalten?
Wenn Nein: inwiefern nicht? Wie ist der Stil - als Briefstil - insgesamt zu beurteilen?
2. Läßt sich beobachten, ob Plancus ein deutliches Bild von Ciceros Denkweise hat? Stellt er sich bewußt darauf ein? Lassen sich Verbindungslinien zu Ciceros philosophischen Schriften ziehen?
3. Erlaubt der Brief Rückschlüsse auf die propagandistischen Schlagwörter im damaligen Parteienkampf?
4. Wird die unentschiedene Haltung des Plancus in dem Brief erkennbar?
5. Inwiefern ist der Brief ein sprechendes Beispiel für die Verworrenheit der zwischenmenschlichen Beziehungen, insbesondere im Hinblick auf private und politische Freund-Feind-Verhältnisse?